

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Acceptio personarum I  
cum fonte primo

Diues cito muneribus corrumpit iudicium.  
Pauper autem, dum non habet quod offerat,  
non solum audiri contempnitur,  
sed etiam contra ueritatem opprimitur.

Ysidorus ibidem (III. de summo bono).

Diues muneribus cito corrumpit iudicem,  
pauper autem dum non habet quod offerat,  
non solum audire contempnitur,  
sed etiam et contra ueritatem opprimitur.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.54.4 (CCSL  
111, P. Cazier ed., p.309, ll.12-14).